

antiquarū interpretatio, cum testimonio ad Calcidium.



E de tuorum præceptorū, Domine serie, nostra quidquā euitasse inobedientia putaretur, libellum etiam, quem de abstrusis sermonibus parare iussisti, in quantū memoriae entheca subrogare potuit absolutū retribui, non phaleratis sermonū studentes somniis, quā terū manifestationibus dantes operā lucidandis.

Sandapila.

S Andapilam antiqui dici uoluerunt feretrum mortuorū, id est, loculum, nō in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorū atq; damnatorū cadavera portabantur, sicut Stesimbrotus Stasius de morte Policratis regis Samiorum descripsit, dices, posteaquā de cruce depositus sandapila etiam deportatus est.

Vespillones.

V Espillones dicti sunt baiulatores, quamuis Antidamus Heracleopolites uespillones dixerit cadavetum nudatores, sicut in historia Alexandri Macedonis scripsit, dicens, plusquam trecētos cadaverū uespillones rex Perse crucibus affixit. Tamen Mnasias scripsit in Cecrope libro, Apollinem posteaquam à Ioue uincitus atq; interfactus est, à uespillonibus ad sepulturam elatum esse.

Pollinatores.

P Ollinatores dicti sunt, qui funera morientia accutant, unde & Plautus in Menechmis comœdia ait, ut pollinator dixit, qui eum pollinxerat. Pollinatores dicti sunt quasi pollutorum uictores, id est, cadauerum curatores, unde & Apuleius in Hermagora ait, pollinatio eius funere domitionem paramus.

Manales lapides.

L Abeo qui disciplinas Hetrūscas Tagetis & Bacchetidis, xv. uoluminibus explanauit, ita ait, fibræ iecoris sandatacei coloris dum fuant, manales tunc uereti opus est petras, id est, quas antiqui solebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluviæ commutanda inopia.

Nefrendines, uel nefrendes uies.

D lophantus Lacedæmonius, qui de sacrī deorum scripsit, ait apud Athenas Marti solere sacrificari sacrum, quod ἔκαρον τεφούληα appellatur, si quis enim centum hostes interfecisset, Marti de homine sacrificabat apud insulam Lemnon, quod sacrificium est à duobus Cretēsibus, uno Locro, id est, Tumine Cottyniensi, Proculo Locro, sicut Soſocrates scribit, sed posteaquam hoc Atheniēsibus displicuit, cœperunt efferre porcum castratum, quem nefrendem uocabant, id est, quasi sine renibus, & apud Rhomanos Vattro scribit Scitum Dentatum centies & uicies pugnasse singulati certamine, cicatrices habuisse cōtrà quadraginta quinq; post tergum nullam, coronas accepisse, xxvi. Armillas centum quadraginta, & istum primum factum fecisse Marti.

Ambiguæ oues.

B Ebius Macer, qui fastalia dierum scripsit, ait Iunoni eas quæ geminas parerēt oues sacrificare cū duobus agnis altrinsecus alligatis, quas oues ambiguas uocati, quasi ex utraq; parte agnos habentes.

Suggrundaria.

P Riori tempore suggrundaria antiqui dicebant sepulchra infantū, qui nec dum xl. dies implessent, quia nec iam busta dici poterāt, quia ossa quæ cōburerentur nō erant, nec tanta immanitas cadaueris, qua lucus tumesceret, unde & Rutilius Geminus in Astyanactis tragœdia ait, melius suggrundariū miser quæteres quām sepulchrum.

Silicernii.

S Illicernios dici uoluerunt senes iam incuruos, quasi iam sepulchorum suorum filios aspicientes, unde & Cincius Alitmetus in historia de Gorgia Leontino scribit dicens, qui dum iam silicernius sui finem temporis expectaret, si mori non potuit, tamen infirmitatibus exultat,

Acca

Aruales fratres.

Acca Larentia Romuli nutrix, cōsueuerat pro agris semel in anno sacrificare duos decim filios suis sacrificium praecedentibus, unde cum unus mortuus esset, propter nutricis gratiam Romulus in uicem defuncti se succedere pollicetur, unde & titus processit, cū duodecim iam deinceps sacrificare, & aruales dici fratres, sicut Rutilius Germanus in libris pontificalibus memorat.

Iniuges boues.

Manilius Cræstus in libro, quem de deorum hymnis scribit, ait Mineruæ iniuges boues sacrificari, id est, iugum nunquam ferentes, illa uidelicet causa, quod & uitiginitas iugum nesciat matitale, & uittus nunquā sit iugo prementi subiecta.

Semones.

Semones dici uoluerunt deos, quos coelo nec dignos ascriberent, ob metiti pauperatem, sicut Priapus, Hippo, Vertumnus. Nec terrenos eos deputare uellent, per gracie uenerationem, sicut Varro in mystagorum libro ait. Semoneq; infetius derelicto Deum depinnato attolam orationis eloquio.

Blaterate.

Pacuvius in Pseudo comœdia inducit Sceparium seruum ancille dicentem, Ni ego te blaterate aspicarem, his nūc iudicassem. Blaterate enim quasi uerba trepidantia metu balbutire dixerunt.

Luscii.

Luscios dici uoluere interdiu partum uidentes, quos Graeci myopes uocant, unde & Plautus in Mercatoris comœdia ait: mirū lolio uicitare te tam uili tritico quia lusciosus est. Dicunt enim quod lolium comedentibus oculi obscurantur.

Tutulus.

Varro in pontificalibus ait, tutulos sacerdotes dici breuium deorum. Numa uero Pompilius & ipse de pontificalibus scribes, tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes caput testabant cum ad sacrificium accessissent, sicut & Vergilius ait: Et capita ante aras Phrygio uallatus amictu.

Orta.

Oriam dicunt nauicella modica piscatoriam, unde & Plautus in Casina ait, malo huc alligati ad ortiam ut semper pescetur, et si sit tempestas maxima.

Problema.

Problema est propositio in capite libri questionaliter posita, unde & Demosthenes pro Philippo ait: sed ne quid græcum te turbet exemplū, ego pro hoc tibi latinum faciam, ait enim problematis autenticum gradum tradamus astanti, cui nostra subsequens occurset oratio. Nam & Tertullianus in libro, quem de fato scripsit, ita ait, Redde huic fati primum problematis mancipatum.

Pumilior & glabrior.

Apuleius in asino auro introducit sorores Psyches matites detrahētis, dicitq; quousq; puero pumiliorem & cucurbita glabriorem, pumilos enim dicunt molles atq; enerues. Glabrum uero leuem & imbetrem.

Sutela.

Sutelam dici uoluerūt astutiam, quasi subtilis tela, unde & Plautus in Casina ait, poscis clam me sutelis tuis eripere Casinam uxorem proinde ut postulas.

Frigutire.

Frigutire dicitur subtiliter adgarrire, unde & Plautus in casina ait, quid nam frigutis? & Ennius in Alcestide comœdia sic ait, haec anus admodum frigutit, nimis frigutit se flore liberti.

Titiuillium. Titiuillium dici uoluerunt fila puttida, quæ de telis cadunt, ut Plautus in casina ait,

ait, non ego hoc verbum empsitem titiuitio, id est, re admodum uilissima. Nam & Marcus Cornutus in satyra sic ait, Titiuitii sal cedo tibi.

Scolponeæ.

S Colponeas dici uoluerunt cœstus plumbo ligatos, unde & Neuius in Philemporo comoedia ait. Scolponeis batuenda sunt huic latera probe, & Plautus in casina simili modo ait. Melius scolponeis, quibus battuetur tibi os senex nequissime.

Catillare.

C Atillate dicitur per alienas domos instanter gyrate, à catulis tractum, quod per omnes domos circumneant. Vnde & Propertius, catillata geris uadimonia publicum prostibulum: & Plautus similiter ait, quin meam uxorem mittam catillatum.

Capularis senex.

C Apularem dici uoluerunt senem iam morti contigium, sed & reos capulares dicebant, qui capulo digni fuerunt, unde & Lucilius ait, Pergit capulate cadaver: & Flaccus Tibullus in Helenæ comoedia ait, Tu ne amare audes edentule, & capularis sexcentulum quasi iam sine dentibus dici uoluerunt.

Promi & Condi.

P Romos & Condos dici uoluerunt cellaritas, eo quod deintus promant, & intus condant, unde & Plautus in asinaria ait, ego sum Promus, Condus, prosecutator peni, penum enim cellarium dicimus.

Suppetiae.

S Vppetias dicimus auxilium, unde & Memor in tragedia Herculis ait, ferte suppetias optimi comites.

Auctio.

A Vtionem dici uoluerunt uenditionem, quasi quod et ementē augeat & uenden-

tem, unde & Plautus in Circulione comoedia ait, Auctiō facio parasiticam.

Nasiterna.

N Asiternam dici uoluerunt aquæ urnam, id est, urceum, unde & Calphurnius in Phronesi comoedia ait. Vbi tu nasiternatus aquam petas: & Plautus in Bacchide ait, Affer nasiternam cum aqua foras.

Antistate.

A Ntistare dicimus præcellere, unde & Crispinus in Heraclea ait: Diuinis uirtutibus antistas Alcides.

Stega.

S Tega est nauis proscenium, id est, tabulatum super quod nautæ ambulant, sicut Plautus ait, forte ego ut in stega confederam.

Lembus.

L Embus est genus nauiculae uelocissimæ, quas dromedas dicimus, sicut Vergilius ait, quam qui aduerso uix flumine lembum remigiis subigit. Limbus uero oratione cuiusq; ex auto.

Ramentum.

R Amentum dici uoluerunt quasi quoddam projectum purgamentum, unde & Quintus Fabius Lucullus i epico carmine ait, uilissimum tametum, proluuiosa pestis.

Diobolares.

D Iobolares dicuntur uilissimæ metetrices, quæ sub paruo stipendio prostant, sicut Paminatius ait, Diobolare prostibulum, quam ego ut actuum ductem partitam teddam. Nam & Pacuvius similiter ait: Non ego ita fui, ut nunc sunt metetrices diobolares, quæ suam numimi causa paruipendunt gratiam.

Veruina.

V Etuina est genus iaculi longum, quod aliqui uerutum uocant, sicut Galbius Bassus ait in satyris, Veruina cōfodiende nō te naucifacio: nauci enim pro nihilo

o dici uos

dici uoluerunt, nam Plautus in Bacchide ait, si tibi machera est fortis, mihi ueruina est domi, qua quidem te faciam, si me itaueris confessiorem forticina nænia.

Diuidia.

Diuidias dixerunt tristitas, sicut Propertius ait, Diuidias mentis conficit omnis amor.

Iustitium.

Iustitium dicitur luctus publicus, unde & Fonteius in oratione pro Nucerinis ait, deinceps iustitium plebi indicitur.

Choragium.

Choragium dicitur uirginale funus, sicut Apuleius in metamorphoseon ait, chorus

gio itaq; perfecto omnes domitionem patant.

Desiduo.

Desiduo dicitur diurne, unde & Varro in Cottelaria ait, Diuidiae mihi fuerunt te abfuisse desiduo.

Flocci.

Flocci dixerunt quasi nihil, unde & Plautus ait, Flocci est quid terum getas.

Ientaculum.

Ientaculum dicitur degustatio, sicut Callimachus in Cœcia, Ientaculum proferre Ioui.

Edulium.

Edulium dicitur ab edendo, id est, prægustatiua comestio, unde Apuleius in asino aureo ait, Eduliis opipare excepta, opipare est lucide, deliciose.

Tuceta.

Tuceta dicuntur escæ regiae, sicut Callimachus in Pisæis. Ambrosio redolent tacea

ta sapore.

Ferculum.

Ferculum missum carnium, unde Petronius Arbiter ait, Postquam ferculum allatum,

Myropolæ.

Myropolæ dicuntur, qui ungenta uendunt, & sunt pigmentarii, unde & Næuius

in diobolaria ait, Myropola affatim mihi unguentū largitus est, quo me uenastarem, ad fatim abundantanter dicitur, uenustare exhilarare est.

Celox.

Celoxem dicunt genus nauiculae modicissimum, quod blannam dicimus, unde

Apuleius in libro de repub. ait, qui celoxem regere nequit, oneratiam petit.

Celibatus.

Celibatum dici uoluerunt uirginitatis abstinentiam, unde & Fœlix Capella in li-

bro de nuptiis Mercurii & Philologæ ait, Placuit Mineruæ petere cœlibatum.

Exercitus.

Exercitus dicitur contemptus, unde et Plautus in milite glorioso ait, Itaq; nos nostræ

familiam habes exercitam, & ubi supra ait, plus uideas ualgiis lauiis omnes nictantes:

nictare enim cinnum facere: ualgia enim sunt labellorum obtortiones in supina-

tione vel subtatione peractæ, sicut & Petronius ait, Abroso ualgiter labello.

Summates.

Summates dicuntur uiri potentes.

Symploches.

Symploches dicuntur cōuiuæ. Nam et amicus sponsi, qui cum eo per coniuia am-

bulat, symplator dicitur, Ganeum uero taberna est, unde & Succius in comedìa pi-

scatoria ait, Summates uiri symphones fratri sunt ganei.

Præsegmina.

Præsegmina sunt partes corporis incisæ, ut Tages in aruspiciinis ait, præsegmini-

bus amputatis.

Congerro;

Congerones.

Congerones sunt, qui aliena ad se congregant, unde & apud Rhomanos Gerones
Brutiani dicti sunt.

Cistella.

Cistellam dicunt capsellam, ut Plautus, Cistellam effet cum crepundiis, id est, cum
puerilibus ornamentis.

Pecuatus.

Antidamas in mortalibus libris ait, Fabre compactum animal hominem quis ferat, sic ex te pecuatū, & auertuncas tam eretinas hominū mentes.

Fabre.

Fabre perfecte dicitur, auertuncare etadicare dicitur, Eretinas testeas, uel argillaceas,
pecuatum stultum.

Allucinate.

Allucinare dicitur uana somniare, Tractum est ab allucitis, quos nos conopas dici-
mus, sicut Petronius Arbiter ait, Nam centū uernali me allucitae molestabant.

Culleus.

Culleus dicitur saccus in quo rei conclusi in mare mittuntur, sicut Plautus ait in
uidularia, Iube hunc insui culleo, atq; in altum deportari, si uis annonā bonam.

Elogium.

Elogium est hæreditas in malo, sicut Cornelius Tacitus ait in libto facetiatur, Cæ-
sis itaq; motum elogio in filiis derelicto.

Lyxa.

Lyxa dicitur mercenarius, unde Lucanus ait, Stat dum lyxa bibat.
Sudom.

Svdom dicitur serenum, unde Tyberianus ait, Dureos subducit ignes sudus oti-
tur lucifer.

Luteum.

Luteum splendidū, Pacuvius in tragœdia Thiestis, Non illic luteis aurora bigis.

Abstemiū.

Abstemius dicitur obseruans, sicut Rubrius in satyra ait, Abstemiū metulenta fu-
git Metenia nomen.

Vadatus.

Vadatus dicitur obstrictus, uel sub fide uel sub fidei iussione ambulans, sicut Fene-
stella ait, apud quem Vadatus amicitiae nodulo tenebatur.

Manubia.

Manubiae dicuntur ornamenta regū, unde & Petronius Arbiter ait, Tot regum ma-
nubiae penes fugitiuum restiterant.

Aumatium.

Aumatium dicitur locus secretus publicus, sicut in theatris aut circo, unde & Pe-
tronius Arbiter ait, In aumatium memet ipsum conieci.

Deleneficus.

Deleneficus dicitur blandiloquus, unde & Lucretius Comicus in nummulatia ait,
Nescio quotsum mihi eueniant tua uerba tam delenefica.

Finis.

o 2